mobilibus et immobilibus praecum obtigit habitis obligat et inscribit.
1700 tunc pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime
venturo circa officium et acta praesentia Castren. Premislien. totaliter ple:
narie ac in effectu dare solvere reponere relinquere. repositamque
et solutam rursus ab eo officio non exsolvendere. neque quovismodo per
se. vel submissas quasvis personas arrestare. imo ita asservare
ut summam recensitam, praedictus nobilis Lechno Lubnemowisky pecunia:
rum et eius successores interea temporis. vel alio quovis post hoc
rerum tempore die ac tempore dum voluerit. non obstante officio praesentibus ac
aliarum quarumvis personarum ulla contradictione recipere et le:
vare possit et possint. Sub vadio similis summae Ducentorum
florenorum pecuniae mon. et numeri polonic. Quod vadium in deffectu so:
lutionis summae praedictae essentis pro tempore et loco assignato sollem
summae praedictae destinato. virtute inscriptionis praesentis in summam so:
servatae et capitale debitum nimirum Quadringentorum florenorum pec:
cuniae mon. et numeri polonici convertet ac converti debebit. Hocque
vadium cum summa essentiali iuncta in bonis eiusdem recognoscentis om:
nibus hereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus obtigit ha:
bitis et habendis extendetur. et extendi debebit. Praeterea supra:
nominatus recognoscens se ac successores in bonis suis praedictis
omnibus pronominato creditori suo et posteris illius obligat et
inscribit praesentem inscriptionem ex his actis Castren. ad Acta
Terrestria Premislien. ante decursum unius anni transferre et
transportare. Sub vadio Ducentorum florenorum pecuniae mon. et nu:
meri polonici. in deffectu transportationis eiusdem inscriptionis
ad solvendum succumbet. Praeterea quaeque summa essenti cum va:
dio iuncta. sub vadio ob non transportatione eiusdem inscriptionis
succumbet. quoties se pronominatus recognoscens ac successores
sui eidem nobili Lechno Lubnemowisky vel eius posteris ita:
re permiserit. toties a iure forum suo proprio et competenti
recedendo Coram officio praesenti Castren. Premislien. Cui se
ac suos praedictos respective ac successores. ac bonis suis subscriptis
omnibus. quo ad respondendum et inscriptioni praesenti satisfa:

cienda subijcit. semper in primo citationis termino ut peremptorio
stare comparere respondere. et loco responsionis praedictis citatis
omnibus. reipsa a officio non recedendo toties quot opus fuit satisfa:
cere tenetur et eius successores erunt astricti. Terminum ipsum primum
peremptorium. ac illius consequentia. nulla re exquisita nec colore
exquisito. actione praemaiori. vera infirmitate. bello expeditione
bellica incursu hostium cura pestifera. Convocatione generali et
particulari interregno servitio militari. ceterisque legalibus quibus
impedimentis in Statuto comprehensis descriptis et non descriptis. Statutis et
Constitutionibus laudatis et laudandis. Tum exceptionibus praescriptionibus
suspensionibus fatalibus iuris granis trium et ter trium marcarum dilationibus
ad quietationem munimenta evictore successorum minorennitate
motionibus leriis et appellationibus in earum prosequutione differentes
et evidentes atque se excipiendo. Omnibus se ac successoribus praemissis aliisque
omnibus iuris remediis renunciando sua et suorum sidiorum sub amis:
sione causae. Ut lucriorum vadiis seu vadiorum quovel quot
solutis. utique inscriptioni praesenti toties quoties opus fuerit satis:
facere ac successoribus tam. Nulla in praemissis Terrestri
praescriptione obstante. Quod memoriali firmatum est.

1701

Actum in Castro Premislien.

Tempore Interregni vigore Confederationis gene:
ralis Pallatinatus Russiae Leopoli die septima sa:
mary per omnes Dignitarios Spirituales et Seculares 22/IX.
officiales ac nobilitatem eiusdem Pallatinatus laudatis
feria tertia post festum Sancti Mathaei Apostoli et Evan:
gelistae proxima. Anno Domini Millesimo quingentesimo
Octuagesimo Septimo. Coram officio ut supra.

Morawski tutur Gluchowski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren.

1702 Premislien. Gnosus Joannes Moranski de Moranska recedens
a terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibuscunque propriis praesenti
vero iurisdictioni Castren. Premislien. se ac successoribus bonisque suis infrascri-
ptis incorporans, sanus mente et corpore existens publice ultro ac pro-
expresse recognovit. Quia nobili Gasparo Gluchowski et eius pro-
sterist tenetur, se et suos successores de omnibus bonis suis obligat
solvere et hic circa Acta praesentia reponere et relinquere summam
Centum quinque florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis pro festo Con-
versionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturo. Casu vero
si et in quantum pro die suprascripto summam praenominatam non
persolverit. Extunc se et suos successores obligat et inscribit in
summa praenominata Centum quinque florenorum pecuniae dare et libere
admittere liberam intromissionem et actualem possessionem pro min-
steriale et nobiles quando ad eam acceptionem venerint in bona
sua herna hoc est in totam et integram sortem quam habet a
nobili Stanislao Domaradzki in villa Moranska consistentem.
Cum omni iure dominio et proprietate ac universis utilita-
tibus sortis praedictae Sub vadio simili aliorum Centum quinque
florenorum pecuniae polonicalis de omnibus bonis suis in casu non
admissae intromissionis succumbens. Quae quidem bona et sortem
praedictam in summa praefata ad omni ut praemissum est iure do-
minio et proprietate fructibus proventibus redditibus et gene-
raliter universis utilitatibus nullis exceptis idem Gasper Glu-
chowski modo obligatorio de anno ad annum aliasod god do god
tenebit habebit et possidebit tam diu usque ad exemptionem
et summae praedictae persolutionem. Et debet tenebitque praefatus
Joannes Moranski se et suos successores obligat praenominatum
Gasparum Gluchowski et eius successores in sorte praedicta tueri ejus-
cere eliberare ab omnibus personis propinquis et remotis iuri-
bus inscriptionibus prioribus et posterioribus, impedimentis
impetitionibus damnis citationibus, condemnationibus lucris perlucris
Vadiis et generaliter ab omni quavis impetitione iuridica et extra-

iuridica quarumvis personarum status et sexus cuiuscunque existens.
Sub vadio Centum quinque florenorum pecuniae polonicalis toties quoties
opus fuerit in casu alicuius impedimenti succumbens. Praeterea inscri-
bit se et suos successores inscriptionem praesentem ex actis praesentibus Ca-
strensibus ad Acta Terrestria Premislien. ante decursum unius anni 1703
transferre et transportare. Sub vadio Centum quinque florenorum pe-
cuniae polonicalis. Pro quoquidem vadio vel vadiis ex quacunque re
et causa succubitis quoties se idem Joannes Moranski vel eius succes-
sores citare permiserit. tunc recedens a terris districtibus ac foro quovis proprio
se et suos successores obligat et inscribit. Semper in primo citationis
termino coram officio praesenti Castrensi Premisliensi stare parere.
et ibidem semotis quibuscunque diffugiis pro citatis omnibus et inscriptioni
praesenti ab officio non recedens. toties quoties opus fuerit satisfacere.
Nullis dilationibus diffugiis exceptionibus, deffensionibus allega-
tionibus. Controversiis. Statutis Constitutionibus. Consuetudinibus
decretis tam Regiis quam Iudicii Tribunalis Regni in similibus pro-
latis. paenis Statuti motionibus appellationibus. earumque peralla-
tiones prosequutionibus fatalibus iuris praescriptionis evasione su-
spensis. et generaliter omnibus iuris remediis. terminum ipsum et eiusdem
causae sequentes terminos evadens nec subterfugiens. Imo
omnibus iuris beneficiis se et suos successores de facto abrenuncians
suo et suorum successorum sub amissione totius causae. Quod me-
moriali firmatum est.

Lieszczinski cedit Szopotniczki

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren. Pre-
mislien. Nobilis Iwaszko Lieszczinski filius nobilis Eliae Lie-
szczinski a iure foroque suo proprio recedens praesenti vero iur-
isdictioni se cum successoribus ac bonis suis omnibus quo ad infrascri-
pta attinet incorporans et subiiciens sanus mente et corpore
existens publice ultro ac per expresse recognovit. Quia de
inscriptione Castren. Premislien. donatoria, quae mediante Nobilis
Andreas Dmitrowicz Szaytowski sibi recognoscens bona sua